

Eæ autē officinæ sunt inter eadem Floræ & Quirini,  
 Vitiatur minium admixta calce, It. q; si quis uelit ex  
 periri id sine uitio esse, sic erit faciundū, Ferrea lam  
 na sumatur, in ea minium imponatur, ad ignem collo  
 cetur donec lamna candescat, cum è candore color im  
 mutatus fuerit eritq; ater, tollatur lamna ab igne, &  
 si refrigeratum restitatur in pristinum colorem, sine  
 uitio se esse probabit, Sin autem permanserit nigro  
 colore signi ficabit se esse uitiatum, Quæ succurrere  
 poterunt mihi de minio, dixi. Chrysoolla apporta  
 tur à macedonia, foditur autem ex his locis qui sunt p  
 ximi ærariis metallis, Minium & indicum nominibus  
 ipsis indicatur, quibus in locis procreatur.

De coloribus qui arte fiunt. Caput. X.

**I**ngrediar nunc ad ea quæ ex aliis gene  
 ribus tractationum temperaturis commu  
 tata recipiunt colorū proprietates, Et pri  
 mum exponam de atramento, cuius usus in operibus  
 magnas habet necessitates, ut sint notæ quemadmo  
 dum præparentur certis rationibus artificiorum ad  
 id temperaturæ. Nāq; ædificatur locus, uti laconicum,  
 & expolitur marmore subtiliter, & leuigatur, Ante id  
 fit fornacula habens in laconicum nares, & eius præ  
 furnium magna diligentia comprimitur, ne flamma  
 extra dissipetur, In fornace resina collocatur. Hæc autē  
 ignis potestas urendo cogit emittere per nares intra  
 laconicum fuliginem, Quæ circa parietem & camera  
 curuaturam adherescat, inde collecta partim componi